

nos tandiù legimus apud nos insecta, ut vix centum homines, ultrà unum alterumve, non visum reperiant; et his finis certè erit. Aveo videre vestra; miror nùm multa quæ ego non habeam ex nostratibus; habeo enim in Succiâ ferè duplò plura, quam quæ *Fauna* sistit, ut videre est in *Systemate* novo. Salutes D. Goïan, et meis verbis ipsi gratias habe.

Fuit quondàm Gallia patria eruditorum, quæ in sinu suo excepit et fovit optimos viros et facilè omnes. Sed quæ jam catastrophe, dùm Te dimittant, et recipiant ignarum juvenem! Bone Deus! quæ tempora! Tu solus es inter omnes Gallos, qui quidquam hodiè præstas, et quæ præstas facis in admirationem totius orbis eruditi, et tamen eris derelictus à tuis! Dicam in alterâ editione *Fl. Monspeliensis*, in Amænitatibus Bot. edendâ, et toti orbi dicam.

Dedi in *Systemate* non tantùm omnium mihi cognitorum animalium nomina trivialia, sed et differentias et synonyma facilè omnia, cum locis natalibus.

Sudant Loefflingii mss. quotquot potui obti-

---

estimé à Upsal que Boerhaave lui-même (7 Octobre 1763). Jacquin dédia au professeur de Montpellier sa *Goïania Domingensis*.